Mythologia, Venise, 1567 - X [86-87] : De Harpyis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [86-87] : De Harpyis *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 06 : De Harpyis *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [86-87] : Des Harpies *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [86-87] : Des Harpyes *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [86-87] : De Harpyis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 12/01/2026 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1029

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1029?context=pdf

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination301r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesHarpyes
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1029?context=pdf

moderatius vſus fuerit, qui impuris cupiditatibus obtemperarit, qui manus in res alienas violenter iniecerit, qui temperantia & æquitate in rebus omnibus vti oportere non cognouerit, hic per ſummum dedecus patriam, facultates, penates, liberos, vxorem relinquere cogitur, & extorris ac inops inter ignotos denique vitam degit.

De Harpyis.

NEQVE per Typhona ſolũ vim ventorum antiqui explicare nitebantur, ſed etiam per fabulam Harpyiarum. nam ſicuti fluuiorum, fontium, imbriumq; natura per Naiades ac nymphas; per Iouem vi ignea, & pars aeris ſuperior; per Neptunũ aqua; per Veſtam terra, per Iunonem inferiore aeris pars; ſic per Harpyias vis & natura ventorum ſignificata eſt ab antiquis. fuerunt enim filiæ Thaumantis & ſorores Iridis, quoniam imbres & nubes & venti ex eadem materia è vaporibus ſcilicet procreantur.

At Ethicè.

Significabant præterea per hanc fabulam auaritiam & immoderatum opũ deſiderium tanquam graue ſupplicium mortalibus eſſe immiſſum Deorum conſilio. nam vel ſibi ipſi, vel cæteris hominibus auarum crudelem eſſe neceſſe eſt; quòd in comparandis opibus auarus per multorum iniurias accumulat, aut ſibi detrahit neceſſaria. cur enim oculis captus fuit Phineus, cui Harpyiæ epulas ſurripiebant? quia non videbat humanam conditionem vitæ intra anguſtiſsimos terminos includi, paucisq; eſſe contentam. atque id etiam confirmatur per Harpyiarum formam.

De Heſperidibus.

HAESPERIDVM fabula excogitata fuit ab antiquis ad rerum aſtronomicarum rationem explicandam, per quam & orizontis obliquitatem ſignificabant, quæ erat omnibus hominibus, præterquam habitantibus ſub æquinoctiali, & ſydera ſolis lumine per diem occultari; at Herculem tamẽ perceptam ſiderum etiam illorum, quæ occultabantur, cognitionem in Græciam detuliſſe. quod quidam ad ſtudium auarorũ transferendum cenſuerũt.

De Atalanta.

VT vero ante oculos mortalium proponerent quantopere inſaniunt illi, qui voluptatum ductu ſe trahi patiuntur, Atalantam per ſummum capitis diſcrimen à nonnullis petitam fuiſſe dixerunt. Eſt enim voluptas Atalanta, quam non per pauca vitæ pericula experimus. Hanc vbi quis conſecutus fuerit nulla habita vel Deorum vel legum reuerentia, non amplius is humanam formam animi retinebit, ſed in teterrimam belluam vertetur.

De Theſeo.

ALTERA ex parte difficultates & labores complures humanam vitã circumſiſtunt, quas res nemo ſuperare poterit niſi optimis & firmiſsimis ſapientię inſtitutis confirmatus: ad quod ſignificandum Theſeum tradiderunt

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1029?context=pdf